

*NvK an den Salzburger Erzbischof Sigismund von Volkersdorf. Er beklagt, dass der Erzbischof die Schreiben des Papstes und des NvK nicht beantwortet habe und mahnt ihn eindringlich zum Gehorsam gegenüber dem Papst sowie zur Erfüllung seiner Pflicht als Kleriker.*

*Kopie (gleichzeitig):* BERNKASTEL-KUES, *StiB, Cod. Cus.* 221 p. 179. *Über dem Text:* Domino Salczburgensi, per Pircheimer.

*Erm.:* Scharpff, *Cardinal und Bischof I* 328; Jäger, *Streit II* 138 (mit Datum 27. Oktober 1460); Meuthen, *Besetzung des Thurgaus* 81 Anm. 68; Strack, *Thomas Pircheimer* 137 Anm. 753 (nach Jäger mit falschem Datum).

Rev<sup>mo</sup> in Christo pater et domine singularissime. Dudum s. d. n. misit r<sup>me</sup> p. v. bullas de intencione sua quo ad ecclesiam Brixinensem.<sup>1)</sup> Et supra modum admiratur, quod nichil hactenus de r. p. v. sentire potuit. Ego eciam tunc scripsi r. p. v.<sup>2)</sup> Iterum accedit r. p. v. dominus T. Pircheimer, prothonotarius apostolicus, qui est instructus de intencione pape.<sup>3)</sup> Supplico, non reddatis vos difficilem. Jurastis obedire apostolicis processibus, et nunc illis processibus pro ecclesiastica libertate omnino esset animose parendum. Nam, ut dicit s. d. n., utique omnes ecclesiastici, qui non concurrunt secum in defensione ecclesiastice libertatis ob timore hominum, indignos se ostendunt privilegiis Romane ecclesie et libertatis ecclesiastice et honoris in ecclesia.<sup>4)</sup> Et non dubitat, quin ab illis, quos plus timent offendere quam deum, et suum proprium honorem ab illis, quos timent, opprimuntur et non succurret eis ecclesia. Quidquid sit, post tot litterarum missionem ad r. p. v. utique s. d. n. meruit scire, quid facere proponitis. Et valde nocuit proposito suo tanta protractio. Credo, quod si quis interrogaret r. p. v., an velletis servare iuramentum, non possetis negative respondere. Ideo, cum honestas sit semper servanda, tunc melius est id fieri, quod recusari non potest. Et scito, ac si hoc non utatur, respondeatur negative, ne impediatur papa ex dilacione responsi. Omne regnum in se divisum desolabitur<sup>5)</sup>, et prudencia hominis contra deum dissipabitur. Hec scribo sciens aliquos consiliarios secundum mundum prudentes non animare r. p. v. de ea, que iusta et debita sunt, sed terrere potius ipsam allegando tyrannorum potentiam. Et illi decipiuntur, quia non est potencia contra ecclesiam, de qua dixit Christus: „Et porte inferi non prevalebunt adversus eam.“<sup>6)</sup> Committo me r. p. v. Ex Roma, 25. octobris 1460.

8 defensione: *em.* defencione. 12 scire: *em.* sciere.

1) *S.a.* Nr. 6294 (1460 August 15).

2) *S.a.* Nr. 6289 (1460 August 12).

3) *Vgl. das päpstliche Beglaubigungsschreiben für Thomas Pircheimer als Gesandtem zum Salzburger Erzbischof; BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus.* 221 p. 176. *NvK wird hierin nicht erwähnt.*

4) *Vgl.* Nr. 6370 Z. 2-6, wo Thomas Pircheimer eine ähnliche Äußerung des Papstes wiedergibt.

5) *Vgl. Mt.* 12,25; *Lk.* 11,17.

6) *Mt.* 16,18.